Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



cum sine lege dei nõ essem: sed in lege essem xpi
ut lucrifiarem eos qui sine lege erant: factus
sum infirmus infirmis: ut infirmos lucrifiarem
Omnibus omnia factus sum: ut omnes saluos faceret
Ir. Interrogatus ihesus sedũ lucam
a phariseis quando uenit regnum dei: respon
dit eis et dixit non uenit regnũ dei cũ obser
uacione: neq; dicent ecce hic aut ecce illic Ecce
enim regnũ dei intra uos est Et ait ad discipulos
suos Venient dies quando desiderabitis uidere
unum diem filij hominis: et nõ uidebitis Et di
cent uobis Ecce hic: ecce illic Nolite ire neq;
sectemini Nam sicut fulgur coruscans de sub
celo in ea que sub celo sunt fulget: ita erit filij
hominis in die sua Primũ autem oportet illũ
pati multa: et reprobari a generacione hac
Et sicut factũ est in diebus noe: ita erit et in
diebus filij hominis Edebant et bibebant uxo
res ducebant et dabantur ad nupcias: usq; in
diem qua intrauit noe in archam: et uenit di
luuium et perdidit omnes Similiter sicut factũ
est in diebus loth Edebant et bibebant: emebant
et uendebant: plantabant et edificabant
qua die autẽ exiit loth a sodomis: pluit ignem
et sulphur de celo: et omnes perdidit Se
cundum hec erit: qua die filius hominis reuela
bitur In illa hora qui fuerit in tecto et uasa ei
in domo ne descendat tollere illa: et qui in agro
similiter nõ redeat retro Memores estote uxoris
loth Quicũq; quesierit animam suam saluam facere
perdet illam: et quicumq; perdiderit illam u